REMIGIUS ALTISSIODORENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 13r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift



contempnendo. XVIII.

Qui cum recessisset. ecce angl's dni ap
paruit in somnis ioseph dicens. Sur
ge & accipe puerum & matrem eius & fu
ge in egyptum. & esto ibi. usque dum dicam
tibi. Futurum est enim ut herodes que
rat puerum ad perdendum eum. Angl's io
seph semper in somnis apparet. quia illi
merentur angelica per frui uisitatione
qui a curis seculi dormiunt. idem requiescunt.
Quod autem dns in egyptum esset iturus. ysaias
predixit. ecce dns ascendet super nubem le
uem. & ingredietur egyptum. Xpi diuini
tas alibi comparatur soli. ut est. uobis timenti
bus nomen meum orietur sol iusticie. Non ergo
incongrue eius humanitas hic assimilatur
nubi. quia sicut nos aliquod umbraculum in
tra nos & solem ponimus. ut eum tolerabili
orem nobis faciamus. ita & dns texit se nu
be carnis nostre. ut splendorem sue diui
nitatis nobis temperaret. Nam si ipsa diui
nitatis natura apparuisset. nullus mor
talium ferret. Tunc ergo dns nubem leuem ascen
dit. cum carnem sine peccato de uirgine
sumpsit. & ingressus egyptum quia natus
in mundo. Potest & per nubem leuem intel
legi beata uirgo MARIA. quia de nul
lo humano semine gratia concepit & pe
perit xpm. Specialiter per ioseph ordo intel
ligitur predicatorum. per MARIAM sacra scriptura.
per puerum eius noticia. per persecutionem he
rodis. persecutio que facta est in primiti
ua ecclesia. unde in actibus apostolorum. facta
est persecutio magna in ecclesia que erat
ierosolimis. Igitur persequente herode
ioseph reliquit iudeam fugit in egyp
tum. quia & sancti predicatores apostoli persequen
tibus iudeis relicta iudea transierunt ad e
gyptum gentium. Egyptus sane quia tene
bre interpretatur bene gentilem populum sig
nat. tenebris infidelitatis & uiciorum op
pressum. Qui consurgens accepit
puerum & matrem eius nocte. & secessit
in egyptum. Quando ioseph in egyp
tum uadit fugere. & hoc in nocte dicitur.
quando reuertitur. nec fuge. nec noctis.
fit mentio. quia sancti predicatores circa finem
seculi predicantibus. helia & enoch. uisita
bunt iudeam propter lucem fidei quam olim
reliquerunt propter tenebras infidelitatis &
persecutionem iudeorum. Et erat ibi usque
ad obitum herodis regis. Per tempus illud
quo mansit ioseph in egypto designatur
totum spacium quod erit ab ascensione
dni usque ad aduentum antixpi. in eo
uero quod dns in egypto usque ad obitum he
rodis mansit. ostenditur quod tamdiu fi
des manebit in gentili tantum populo
donec extinguatur inuidia in cordi
bus iudeorum. Nam per herodem inuidia sy
nagoge. per eius obitum ipsius inuidie ter
minus designatur. Quod tunc quidem fiet.
cum circa finem mundi predicantibus he
lia & enoch iudei conuertentur & cre
dent in ihm. Vnde paulus ait do
nec plenitudo gentium introeat. & sic
omnis israel saluus fiet. Et ysaias. Si
fuerit numerus filiorum israel tamquam
harena maris. reliquie salue fient.
Ut adimpleretur quod dictum est